



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXXXI. Innovatio literarum Clementis X. super prohibitione ambitus in
Congregatione Clericorum Regularium de Somascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicatio-nibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ipsius S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Procuratoris Generalis dictæ Congregationis Piorum Operariorum sibi desuper factam attenderunt, remque undique mature discusserunt, consilio, resolutionem enunciati Capituli Generali novissime celebrati, per quam disponitur, quod omnes Presbyteri ejusdem Congregationis Piorum Operariorum, qui decennium post Novitiatum in Congregatione prædicta transfe-rent, atque ab Ordinario loci ad Sacra mentales Fidelium Confessiones audiendas approbatuerint, votum live suffragium in Capitulo Generali ipsius Congregationis habere posint, eadem auctoritate tenore præsentium confirmamus & approbamus, illicet inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint, supplemus: salva tamen in reliquis prælatorum Clementis Prædecessoris literarum forma & dispositione, necnon quoad præmissa auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

S. 4. Decernentes, ipsas præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, supradictis Clementis Prædecessoris literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis Piorum Operariorum prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum infer-tis habentes, illis alias in suo robore perman-suris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 26. Novembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Decretum, ut Fratres Provinciae Portugalliae Ter-tii Ordinis Sancti Francisci ad Studia extra il-lam se conferre nequeant sine licentia Provin-cialis, ejusque Definitorii, vel sine facultate Ministri Generalis cum consilio ejusdem Defi-nitorii &c.

Dat. die 20.
Dec. 1732.
Pont. An. III.

Preces, ea-rumque cau-sa.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Conceptione Minister Pro-vincialis Tertiæ Ordinis S. Francisci Provinciae Por-tugalliae, quod, licet in eadem Provincia Studia pro iis Religiosis, qui illis operam dare velint,

non deficiant, plures tamen ex eis fugam arri-piunt, ac in Hispaniis proficiscuntur sub prætextu ibidem incumbendi literaris exercitationibus in aliquo ex Conventibus dicti Tertiæ Ordinis, vel Fratrum de Observantia, quod dum perveniunt, ut plurimum contigit, eos majorem laborem in ad-discenda musica, quam in literis consequendis impendere.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expoñitio sub-jungebat, dictus Antonius Minister Provincialis, quo talis inordinatio cum disciplina regularis detrimento imposterum tollatur, opportune in præmissis a Nobis provideri, &c, ut infra, indulgeri plurimum desideret; Nos ipsam Antonium Ministe-rium Provinciale specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicatiōnis, suspensionis, & interdiū, aliisque ecclē-siasticis sententiis, censuris, & penās, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latē, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-solventes, & absolutum fore censemtes, supplicatio-nibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter por-ticus inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Epis-coporum & Regularium præpositorum, consilio, ut Fratres memorati Tertiæ Ordinis Provinciae Por-tugalliae ad studia extra dictam Provinciam sine li-cencia Provincialis ejusque Definitorii, vel sine fa-cultate Ministri Generalis cum consilio ejusdem Definitorii Provincialis, sub penā fugitivorum a jure & statutis Religionis se conferre nequeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 3. Decernentes pariter, eadem præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciae & Ordinis prædicatorum, etiam ju-ramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum per-mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Decembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Innovatio literarum Clementis X. super prohibi-tione ambitus: ac confirmatio quorundam de-cretorum Capituli Generalis Congregationis Clericorum Regularium de Somascha pro hu-mismodi impediendo ambitu.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis

Dat. die 28.
Jan. 1733.
Pont. An. III.

Cler-

1733.

A Generali
Congreg. hu-
jus Capitulo
edita Decre-
ta.

Clericorum Regularium de Somascha nuncupatorum, quod Capitulum Generale dictæ Congregationis, mense Mayo proxime præterito Mediolani celebratum, in executionem mandatorum Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositæ, quibus eidem Capitulo Generali injunctum fuerat, ut rationem iniret occurrenti ambitiose cupitudati Religiosorum ipsius Congregationis de Somascha, qui Vocalati in ea pro tempore vacantes, aut gratias expectativas ad illos, a Sede Apostolica procurabant; re diligenter, ut par erat, discussa nonnulla edidit decreta, que ad compescendum ejusmodi ambitum in primis expedire sibi visa sunt, quoque a majori parte Vocalium simul congregatorum signatim, & ad unum approbata fuerunt, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Primo: Che eletti da chi spetta li revisori de' meriti, e questi riconosciuti da medesimi Deputati, debbano i nomi di coloro, che avranno i requisiti, restare affissi per tre giorni in luogo pubblico secondo l'ordine delle Province, affine che ogni uno de' PP. Vocali segretamente possa informarsi delle loro qualità e merito formale, per indi, inerendo alle nostre Costituzioni, proporsi li meriti all'intero Capirolo Generale, che doverà con voti segreti giudicarli.

II. Che in avvenire non si possino approvare i meriti di alcuno, il quale non abbia fatta Scuola per tre anni a' nostri, o pure non sia stato Maestro in moribus de' Novizi, o de' Chierici, o esercitata la cura d'Anime (purche non sia Superior) o abbia servito all'ospitale, e per lo spazio de' suddetti tre anni, quando ad uno de' detti Ministerj sia stato destinato da Superiori; ma sopra tutto, che nella approvazione de' meriti debba attendersi più al costume, che a qualunque altra condizione.

III. Che oltre i soliti giuramenti espressi nelle nostre Costituzioni, prima d'obligarsi il Novizio a i tre voti solenni, debba fare il giuramento di non procurare in alcun modo Breve di Vocalato.

IV. Che succedendo il caso, che Dio non voglia, che alcuno de' nostri ricorresse dirette vel indirette, mediate vel immediate per conseguire Breve di Vocalato, resti ipso facto decaduto da' suoi meriti. Chi informerà sopra il Memoriale, sotto pena della privazione di voce activa e passiva debba avvertire, che per forza del detto ricorso il recurrente e decaduto dagli stessi meriti, che faranno enunciati nel Memoriale, ed inciso nelle pene comminate nella Bolla di Clemente X.

V. Che resti comandato in virtù dello Spirito Santo, e con formale precesto di Santa Obedienza a qualunque graduato e non graduato della nostra Congregazione, quando non sia ricercato da Nostro Signore, di non fare attestati, fedi, ed altre simili informazioni, le quali possano facilitare il conseguimento del Vocalato, rivocato non possa nascondere la proibizione del ricorso come sopra.

VI. In fine, che dal nostro Padre Procuratore Generale a nome di tutto il Capitolo Generale si supplichli alla Sagra Congregazione di avvalorare con l'Oracolo di Nostro Signore, quanto lo stesso Capitolo ha giudicato di suggerire in venerazione degli ordini Supremi di detta Congregazione.

§. 2. Quare praedictus Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentati.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationi-

bulvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dampnatur consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiorum & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, consilio, enunciatas fel. rec. Clementis PP. X. Prædecessoris Nostri literas die 15. Februario 1675, in simili forma Brevis emanatas, quibus omnibus & singulis supradictæ Congregationis de Somascha Clericis & personis ambitus, seu recursus ad favores quarumcunque personarum secularium, & ecclesiasticarum, de gremiis ejusdem Congregationis non existentium, pro oblinendis governis, ac superioritibus, aut vocalatu Capituli Generales dictæ Congregationis, sub excommunicatiois latæ sententiæ, & perpetua inhabilitatis penis prohibetur, omniaque & singula in literis præfatis contenta & disposita, auctoritate Apostolica tenore præsentium innovamus, ac pro innovatis haberi volumus & mandamus; necnon præsintacta decreta a novissimo Capitulo Generali edita, ut præfertur, primum nempe & secundum prout jacent, reliqua vero scilicet tertium, quartum, & quintum sub infra scriptis emendationibus, auctoritate præfata harum serie approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac quoscumque juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleantur & sanantur. Quæ quidem emendationes sunt hujusmodi, nimisq[ue] quoad tertium ex dictis decretis: Che oltre i soliti giuramenti espressi nelle nostre Costituzioni prima di obligarsi il Novizio alli tre Voti solenni, debba giurare la totale osservanza del suddetto Breve di Clemente X. e dell'altro, che si spera ottenere dalla Santità di Nostro Signore senza procurare né direttamente né indirettamente alcuna dispensa. Quoad quartum: Che oltre le pene comminate in detto Breve di Clemente X. chianque (che Dio non voglia) contraverrà al medesimo, resti ipso facto decaduto dalli suoi meriti, e che sotto le pene del medesimo Breve s'intendano compresi non solamente quelli, che ivi sono espressi, ma eziandio li Superiori, e ogni altro che contribuirà o con le informazioni o in altra maniera, a chi pretendesse di ottenere tali dispense. Quoad quintum: Che resti proibito ad ogni Superior graduato e non graduato di detta Congregazione, quando sia ricercato per parte di Sua Santità o delle Sager Congregazioni delle Informazioni sopra le istanze, di chi domandasse li Vocalati o altre simili grazie e dispense, il fare tali informazioni a favore de' ricorrenti senza esprimere in esse la proibizione de' suddetti Brevi, & il giuramento fatto, si da' Supplicanti, che dalli Superiori da non cooperare a tali concessioni contro alla forma de' medesimi Brevi.

§. 3. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, ac pro tempore quandcumque spectabit, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ prædictæ Cardinales, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentati.

Obstantium derogatio.

Præsentium
Literarum
firmitas.

Emendantur
tria ultima
Capita dictorum
Decretorum.

Confirmatis
Clementen PP.
Literis, dd.
Decreta rata
habentur.

nationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, ad Dei gloriam, publicumque Ecclesiae bonum supradiet Congregationis de Somascha, etiam tum ejusdem Hospitalis proventibus, tum ære juramento, confirmatione Apostolica, vel quæ suo convertere, priscamque in Altaris Ministris firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & licentias Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac verbum inferunt habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transsumptorum.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides habeatur, qua ipsiis praesentibus haberetur, si fo- rent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Magorem sub anno Piscatoris die 28. Januarii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Et in Col- legium ere- ðum.

Quo pa- quibus con- ditioni- bus expedita super ha- jum. ere- ditione Apo- stolicæ lite- ra:

LXXXII.

Deputantur Presbyteri Congregationis Missionis pro administratione ac direktione Collegii Clericorum prope Civitatem Placentinam Provinciæ Bononiæ. recenter eretti, cum diversis Ordinationibus perpetuo servandis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Apostolicæ Dignitatis fastigio, nullis licet meritorum nostrorum sufficiens, per ineffabilem divinæ Bonitatis abundantiam constituti, circa Collegiorum ad piam rectamque adolescentium, aliorumque in fortè Domini vocatorum educationem recenter erectorum statum, felicemque progressum libenter intendimus; & ut Christifidelium quorūcumque, præsertim sublimi Cardinalatus honore fulgentium in eum finem operam suam, ac bona sibi a Deo collata liberaliter conferentium, vota optatos habeant effectus concessi Nobis a Domino potestatis partes studiosæ charitate interponimus, sicut, omnibus mature considerationis trutina persensis, salubriter expedire arbitramur.

§. 1. Alijs siquidem postquam Hospitalie sub titulo Sancti Lazari, prope & extra Muros Civitatis Placentinæ. Provinciæ Bononiæ. situm, quod dudum Administratore seu Rectori caruerat, dilecto filio nostro Julio Tituli Sancti Crisogoni S.R.E. Presbytero Cardinali Alberonio nuncupato, per eum quoad viveret juxta Constitutionem fe. re. Clementis Papæ V. prædecessoris Nostri in Concilio Viennensi editam tenendum, regendum, & administrandum, auctoritate Apostolica commiseramus seu concederamus, per Nos accepto, quod dictum Hospitalie olim quidem Leprosi curandis definitum fuerat; verum, ubi morbus hujusmodi per Italiam graffari deserierat, vice ac loco Leproforum, egeni primâ, & infirmi senes illuc introduci cuperant, ac deinde postremis temporibus utriusque sexus atque cuiusvis ætatis pauperes invalidi ipsius Placentinæ. Civitatis & Diœcesis passim receptarentur; adeo ut etiæ idem Hospitalie aliquando non modicum utilitatis & levamenti attulisset, progressu tamen temporis ex diversitate sexus & ætatis hujusmodi non levia incommoda orta essent; ipse vero Julius Cardinalis, qui in ea Civitate, illustre partibus ortus & educatus erat, ac Hospitalie præfatum in meliorem & longe utiliorem statum

Ad quid pri- mò fuerit in- stitutum hoc Hosptiale.

A Card. Al- beronio in meliorem statum redu- ctum:

disciplinam & mores pro dignitate, quantum in se erat, in patria sua reparare atque instaurare sibi propofuerat, ex dicto Hospitali Collegium pro Clericis secularibus universæ Diœcesis præfata, qui spiritualibus exercitiis vacare debebant, priusquam ad Sacros Ordines promoventur, quique ante completa literarum studia e Seminario Ecclesiastico Placentin. egrediebantur, necnon pro aliis Alumni seu Convictoribus tam dicti Seminarii quam torius Diœcesis studiis Ecclesiasticis, Sacrifice Ritibus ibidem imbuendis, institui summopere desiderabat;

§. 2. Nos pius ac laudabile ejusdem Julii Cardinalis propositum plurimum in Domino commendantes, Motu proprio, ac ex certa Scientia Nostris, deque Apostolica potestatis plenitude omnes & singulas personas, quæ tunc in dicto Hospitali reperiebantur, assignata prius unicuique earum annua præstatione ad sui vitam duraturam, ac de semestri in semestre anticipate perfolvenda centum quinquaginta librarium monetas Placentin., necnon Ministros (retentis ta-

men ex iis, quos ipse Julius Cardinalis servitius dicti Collegii aptos & idoneos censeret) arque etiam Rectorem Hospitalis hujusmodi, cui cura animalium eidem Hospitali annexa incumbebat, postea tamen quam dicto Rectori de aliquo perpetuo Beneficio Ecclesiastico ad sui substantiationem sufficienti provisum, annuave simili penso Ecclesiastica, Apostolica auctoritate, reservata, seu alias congrua portio alimentaria arbitrio Ven. Fratris Episcopi Placentin. five dilecti filii ejus Vicarii in spiritualibus Generalis taxanda, constituta foret, amovimus; ipsumque Hospitali unâ cum omnibus oneribus & obligationibus, ei quomodolibet injunctis, perpetuus suppelliens & extinximus; ac in dicti Hospitalis sic suppressi & extincti locum perpetuo itidem extinximus ac instituimus unum Collegium sub eodem titulo seu denominatione Sancti Lazar, a memorato Julio Cardinale, ejusque in regimine & administratione hujusmodi Successoribus, regendum & gubernandum etiam per Ministros & Officiales sibi benevlos; ac unum Rectorem Presbyterum secularis, eorum nutu & arbitrio semper & quandocumque amovibilem, etiam ad curam animalium exercendam deputandum, de gremio tamen ipsius Collegii, post deputationem primi Rectoris ad instar nominationum, que a Regularibus ad curam animalium obeundam in suis Ecclesiis fieri solent, & ab Ordinario loci ad eamdem curam animalium approbandum; in quo Collegio recipentur nedum Clerici secularis universæ Diœcesis prædictæ ad Sacros Ordines promovendi, adhuc ut inibi Exercitia spiritualia peragerent, antequam ad dictos Ordines promoverentur, solitus tamen per eos congruis alimentis pro qualitate & conditione temporum prescribendis; sed alii etiam Clerici secularis hujusmodi, præsertim Alumni & Convictores Seminarii prædicti, inde ante absoluta studia egradientes, ab Ordinario pariter approbati, ut in eodem Collegio Sacrarum Literarum, ac Theologia theoreticæ & practicæ studiis prosequerentur, atque Ritus Ecclesiasticos, & cantum Gregorianum sub præceptoribus, qui forent Presbyteri secularis, Sacra Pagina, ac Verbo Dei scripto & tradito probe eruditæ, perdisserent; ita quod Alumni gratis, Convictores vero hujusmodi, solitus ipsi Collegio similiter congruis alimentis, admitterentur; omnes autem Clerici præfati sub regimine Presbyterorum quoque secularium, a Julio Cardinale & successoribus prædictis eligendorum & deputandorum, vivere deberent: ipsique

Collegio